



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Epistola Ioannis, Et Benedicti, Cardinalium ad Paschalem II. Papam, in
fauorem Cistertiensium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

legium etiam congruum duximus in hoc
opusculo relinquere, ut posteri nostri in-
telligent quā magno consilio & auctori-
tate Ecclesia eorum sit fundata.

EPISTOLA IOANNIS, ET BENEDI-
CTI, CARDINALIUM AD PASCHALEM II. PA-
PAM, INF AUREM CISTERCIENSIMUM.

DOMINO Patri Papæ Paschali, & vbi-
que laude eximia prædicando, Ioannes
& Benedictus seipso per omnia. Quia vestri
moderaminis est omnibus Ecclesijs prouide-
re, & iustis poscentium votis manum
porrigere, vestræque iustitiae adiumento
religio Christiana fulta incrementum de-
bet sumere, vestram Sanctitatem obnixiūs
deprecamur, quatenus harum litterarum
baiulis nostro consilio à quibusdam reli-
giosis fratribus Paternitati vestræ missis
aures pietatis vestræ flectere dignemini.
Petunt eum ut præceptum quod de quiete
& suæ religionis stabilitate, à prædecessore
vestro Domino nostro beatæ memoriæ
Papa Urbano acceperunt, & quod secun-
dum eiusdem præcepti tenorem, Archi-
episcopus Lugdunensis tunc Legatus, &
alij Coepiscopi & Abbates, inter eos &
Molisensem Abbatiam, à quā religionis
causa discesserant, definierunt, ve-
stræ auctoritatis priuilegio, in perpetuum

B 2

maneat

maneat inconuulsum. Ipsi enim vidimus,
eorumque veræ religioni testimonium
perhibemus.

EPISTOLA HVGONIS LVGDVN-
*nensis Archiepiscopi, ad eundem, in
fauorem eorundem.*

REVERENDISSIMO Patri & Domino suo Paschali Papæ II. Hugo Lugdunensis Ecclesiæ seruus, per omnia seipsum. Fratres isti præsentium geruli ad Paternitatis Vestræ Celsitudinem tendentes per nos transitum fecerunt: Et quia iuxta pruinciam nostram, videlicet, in Episcopatu Cabilonensi mansionem habent, humilitatis nostræ litteris apud Celsitudinem Vestræ se commendari petierunt. Sciatis autem eos esse de quodâ loco, qui nouum monasterium vocatur, ad quem de Molismesi Ecclesia cum Abbe suo exeuntes, propter arctiorem & secretiorem vitam, secundum regulam beati Benedicti, quam proposuerant tenendam, habitatum venerunt, depositis quorundam monasteriorum consuetudinibus, imbecillitatem suam ad tantum pondus sustinendum imparem iudicantium. Vnde Molismesis Ecclesiæ fratres, & quidam aliij adiacentes monachi, eos infestare & inquietare non desinunt, æstimantes se viliores & despectiores haberi

apud